دوزخ *opp.* بهشت infernus *F.* 21, 15.

دوست amicus.

دوستوار comis, blandus, affabilis *F.* 23, 10.

دویدن (धाव्) *Imp.* دَو currere, festinare.

ده (दशन्) decem.

ده *cum derivatis vid. s. v.* داده.

دَهان os (oris).

a. دَهر tempus *pec.* longum. 2) saeculum.

دَهْلیز vestibulum inter portam et domum interiorem *Ch.* I, 129.

دیبا *et* دیباه pannus spissiore bombyce textus et auro argentove pictus (Brocat) *Ch.* III, 47. IV, 33.

دیبَه *pro* دیباه *q. v. Ch.* II, 28.

دیدن (दृश्) videre. 2) observare, animadvertere.

بدید 3. *ps. praet.* *cum augm.* ب prodiit, apparuit *F.* 23, 9.

دید 3. *ps. praet.* 2) *In comp.* qui vidit *aut* expertus est, *ut*: — پاک qui purum, sanctum vidit; purissimus, sanctissimus *Ch.* II, 206.

دیدار conspectus *Ch.* IV, 24. 2) vultus, facies.

دیده *part.* 2) *n. s.* oculus *Ch.* II, 214. 3) visus.

بین *imp. v. praec.* 2) *In comp.* videns.

بینا *part. praes.* videns, visu pollens, perspicax. دل — *adi. comp.* qui est animo perspicaci, ingeniosus, sagax *Ch.* IV, 184.

دیر (*opp.* نزدیک) remotus. 2) *adv.* tarde, sero. *Burh.*

دیرینه *adi.* diuturnus. 2) antiquus, vetus.

دیگر *s.* دگر alter, alius. 2) *adv.* aliter, alio modo *Ch.* III, 122. alia vice *Ch.* IV, 284. amplius, iterum *F.* 25, 24.

a. دین cultus Dei, religio, fides.

دینار nummus aureus *pretio circiter ducati.*

دیو (देव) genius malus, daemon *F.* 20, 20. *cf.* *Rosenzweig Jos. u. Sul.* p. 200. *annot.* 9.

دیوار murus, paries *F.* 20, 9.

دیهیم corona regia gemmis ornata, *qua Persarum reges utebantur* *Ch.* II, 9. 452.

ذ

a. ذکر commemoratio *quae animo fit vel ore, pec. Dei et Divinarum rerum* *Ch.* IV, 165. 2) mentio, narratio.

ر

راز (रहस्) arcanum, secretum *F.* 31, 19. براز *et* زراز *adv.* clam, occulto *F.* 19, 8. *Ch.* IV, 137.

راست dextra pars *Ch.* III, 193. 2) *adi.* rectus, verus *F.* 20, 17. 3) *adv.* recte, bene *Ch.* I, 38. — آمدن gratum habere *alqd*, contentum esse *re c.* ب *r.* *Ch.* IV, 348. — شدن bene constitutum, felicem, fortunatum esse, favere *F.* 18, 21.

راستی *n. s.* rectum *Ch.* I, 47.

راغ declivitas, pars inferior montis *Ch.* I, 171.

رام (रम्) *n. s.* pro آرام quies. 2) alacritas, laetitia. *Unde* بر — *comp.* laetitiam afferens, exhilarans *Ch.* IV, 176. 3) *adi.* obediens, obsequiosus *Ch.* I, 173. 231.

رامش *i. q.* آرام alacritas, laetitia. 2) cantus. بردن — laetari, delectari *re c.* از *r.* *Ch.* II, 580. — بی sine laetitia, sine agitatione et motu *Ch.* III, 126.

رامشگر musicus *Ch.* I, 86. *F.* 30, 16.

راندن *Imp.* ران pellere *F.* 22, 7. propellere, abigere *F.* 26, 8. *Ch.* IV, 82. 2) trahere, ducere. — اسپ equum impellere, stimulare *i. q.* ire, proficisci; *et sine* اسپ *Ch.* IV, 74. — سخن loqui *Ch.* I, 15. II, 238. *cf. F.* 21, 10. *ubi* شنیده *pro* سخن. — بتازی سخن arabice loqui *Ch.* III, 231. — بر دل secum recitare, memoriter pronuntiare *Ch.* III, 162.

راه *s.* ره via, iter. 2) *Sensu mystico i. q. Arab.* طريقة, طريق *et* سلوك *scil.* via ad Deum *Pend.* p. 230. *annot.* 10. 3) modus, ratio. 4) vices, *ut*: — صد centies *Pend.* p. 263. l. 9. — گرفتن viam ingredi *F.* 22, 20.

بیراه *s.* بیره *comp.* devius, aberrans *F.* 23, 7. 8.

راهبر *comp.* viae dux *Ch.* IV, 175.

رهنما *s.* رهنمای *comp. i. q.* رهبر *Ch.* I, 17.

رهنمون *i. q.* رهنما *Ch.* IV, 12. *F.* 24, 18.

رهنمونی ductus, deductio. — کردن ducere, deducere *alqm c. dat. p. Ch.* III, 110.

رهی mancipium, servus *pec. viis publicis sternendis vel reficiendis destinatus F.* 25, 12.

a. رای id quod videtur, consilium, opinio. 2) prudentia, sapientia *Ch.* III, 142. 235. — نیک prudentissimus *Ch.* IV, 156.

رای Raj, *nom. Indiae regibus commune, et ex Sanscrito* राज् *s.* राजन् *rex, ortum Ch.* III, 43.

ربودن *Imp.* ربا rapere, furari. — ززین de equo deiicere, deturbare *Ch.* IV, 229.

a. رحمت misericordia.

رخ gena. 2) *i. q.* روی vultus. *Burh. Ch.* I, 254.

رخت apparatus, sarcinae, suppellex. بر بستن — sarcinas colligare *met.* proficisci. *Burh. F.* 18, 1.

رخسار *et* رخساره gena *Ch.* II, 310.

رخشیدن fulgere, splendere.

رخش *Imp.* 2) *n. s.* splendor. 3) color rubeus, albo mixtus, *aut sec. alios* color medius nigrum inter et rufum. *Burh.* 4) *n. pr. nom. equi herois Rustemi.* 5) *in gen.* equus. *Ch.*II, 445.

رخشنده *part. praes.* fulgens, splendens *F.* 25, 11.

رخنه rima, ruptura *Ch.* IV, 216.

رد (*pro* راد) sapiens, doctus. 2) fortis. *Burh.*

رزم pugna, bellum. آوردن — bellum inferre.

رزمساز *adi. comp.* pugnans *Ch.* IV, 125.

رزمکار *i. q.* رزم bellum *F.* 28, 12.

رزمگاه *n. s. c.* locus proelii *F.* 28, 1.

رسانیدن *transit. verbi* رسیدن *q. v.*

رستم Rustem, *nom. celebris athletae seu herois apud Persas F.* 30, 14. زالزر — Rustem, Salseri filius *Ch.* IV, 39.

رستن *vel* رهيدن (रुह्) *Imp.* ره liberari, evadere. *Burh. Ch.* I, 251. IV, 128.

رستن (रुह्?) *Imp.* رو crescere. 2) *met.* prodire. *Ferh.*

رسم regula, lex. 2) consuetudo, mos.

a. رسول legatus.

رسيدن pervenire *ad alqm. c.* بر *p. Ch.* II, 443. III, 172. 2) attingere, consequi.

رسيده *part. praet.* 2) maturus, pubes. — نو nuperrime pubertatem ingressus, a. *Ch.* IV, 335.

رسانيدن *transit. v.* رسيدن facere, ut perveniat, perferre *ad c.* ب *p. vel r. Ch.* II, 252. 517. IV, 134.

رش cubitus, *mensura.* 2) spithama.

رفتن ire *c.* ب *vel* بر *loc. et p. Ch.* I, 110. 271. 272. 2) abire; *et* abire *scil. e mundo pro* mori *Gul.* p. 6. l. 14.

c. فرو descendere *Ch.* IV, 146.

رو *imp.* 2) *In comp., ut:* — پيش qui praecedit; dux, antistes, antesignanus.

روا *part.* iens, pergens. كردن — divulgare, dispergere *F.* 30, 12. 2) licitus, dignus, conve-

niens. بودن — licitum esse, decere *Ch.* II, 345. 3) gratus, acceptus.

رَوارَو *adv.* pedetentim, unus post alium *Ch.* II, 570.

رَوان *part. praes.* iens. 2) fluens *aqua.* 3) *n. s.* anima *Ch.* II, 519. III, 150.

رُفتن verrere.

a. رَمز aenigma.

رَمه grex *pecorum*, *aut* turma *hominum. Burh.*

رَنجیدن (रुज्?) dolore affici, affligi. 2) aegre ferre. 3) irasci.

رَنج *imp.* 2) *n. s.* morbus, aegritudo, dolor. 3) molestia. 4) ira, indignatio. *Burh.*

رنجُور aegrotus, afflictus *Ch.* II, 44.

رَنگ (रङ्ग) color. 2) potentia, vires. *Burh.* دُورَنگ bicolor. — پلنگ tigris maculis sparsus *Ch.* II, 156.

رَو *et derivata vid. s. v.* رَفتن.

رُو *s.* رُوی facies, vultus. 2) superficies. — زمین superficies terrae *Ch.* II, 7. 3) modus, ratio. — از هیچ *cum negat.* nullo modo *Ch.* II, 479. — از *s.* ازروی secundum, ex, pro. ازروی ادب ut decet, decore *Ch.* IV, 171. 4) aes.

Cum آوردن, کردن, نهادن vultum convertere. 2) petere, contendere *alqo c.* ب *Gul.* p. 26. *Ch.* IV, 118. *in mal. part. Sam.* p. 146. l. 5. *c.* در

Pend. p. 109. *c.* سوی *Ch.* II, 451. 463. *F.* 18, 7. *in mal. part. F.* 22, 4.

رو بجنگ آوردن ad bellum consurgere, bellum inire *Ch.* I, 311.

رو براه آوردن iter ingredi, suscipere *Ch.* IV, 259.

سختی بروی آوردن malum afferre, calamitatem inferre *alci c. dat. p. Ch.* II, 371.

باز روی کردن redire, revenire *c.* ب *l. F.* 28, 4.

روی کشادن se offerre, exhibere *Ch.* II, 438.

دُورُویَه biformis. 2) *adv.* utrinque *Ch.* I, 185.

رود aqua fluens, fluvius *F.* 23, 22. 2) instrumentum musicum *Ch.* I, 86. *F.* 30, 16.

رودبار fluvius magnus *Ch.* I, 211.

رودکی Rudegi, *nom. poetae celebris Ch.* III, 250.

روز (हन्) sol. *Burh.* 2) dies وشب — *adv.* die et noctu *Ch.* IV, 161. 3) sors, fortuna *pec.* bona *Ch.* I, 236.

اِمْروز (*pro* این روز) *adv.* hodie *Ch.* I, 92.

روزگار *n. s. c.* tempus *F.* 20, 23. *Ch.* I, 55. aevum. 2) fortuna *Ch.* II, 364. — بد infortunium, calamitas *Ch.* II, 292.

روزکور *comp.* qui interdiu videre nequit. 2) pavidus, timidus *Ch.* IV, 10.

روزی *n. unit.* unus dies; *et adv.* die quodam, aliquando. 2) victus quotidianus *Ch.* I, 220. *F.* 27, 25.

روشن splendens, lucidus *F.* 22, 20. *Ch.* IV, 194. دل — *adv. comp.* corde *vel* animo sereno, laeto *Ch.* II, 468. روان — *comp.* 1) animus lucidus. 2) ingenium splendidum, eximium *Ch.* III, 22. 3) vir ingenio splendido, eximio praeditus; vir doctus *Ch.* II, 52. III, 108. 4) qui est animo sereno, laeto *Ch.* IV, 2. 46. 5) *adv.* animo sereno, laeto *Ch.* II, 460.

روشنی *n. s.* splendor, claritas.

روم *n. pr.* Rum, *quo Orientales intelligunt regiones imperii Graeci et Romani. cf. Rosenzweig Jos. u. Sul.* p. 196. *annot.* 36.

رومی Romanus, *aut* Graecus *Ch.* II, 557.

رہ *i. q.* راه. 2) *Imp. v.* رستن *vel* رهیدن.

رها (*a.* رهیدن) *n. s.* liberatio, fuga.

رهی *vid. s. v.* راه

رهیدن *i. q.* رستن liberari, evadere.

ریختن (रिच्) *Imp.* ریز fundere. 2) effundere. 3) spargere *F.* 26, 2. 4) fluere (*de gemmis largiter sparsis*) *Ch.* IV, 34.

ریش *n. s.* vulnus. 2) *adi.* saucius, contritus *F.* 19, 18. *Ch.* IV, 50.

ریمن *et* ریمن praestigiator. 2) ad fallendum instructus, fraudulentus, malevolus *Ch.* IV, 141.

Sec. Burh. vox ريمن, *quae et* Ahriman *significat, per aphaeresin orta est ex* اهريمن.

ز et ژ

زِ *praepos. inseparabilis, i. q.* آز *significans.*

زابل Sabul, *n. reg. in Perside. cf. F.* 30, 18. *et quae ibi annotavi.*

زابلستان *n. pr.* Sabulistan *i. q. praec. Ch.* II, 441.

زاد *i. q.* آزاد *epith. cyparissi F.* 19, 27. 2) 3. *ps. praet. v.* زادن *q. v.*

زادن (जन्) *Imp.* زا *s.* زای nasci *Ch.* II, 113. 2) parere, gignere.

زاد (3. *ps. praet. v. praec.*) *adi. in comp.* natus *i. e.* filius *F.* 25, 5.

زاده *part. praet.* natus, filius *F.* 27, 1.

زار *partic. in comp. postposita locum et multitudinem rei significans, uti:* گلزار rosetum. لالهزار hortus tulipis abundans. 2) *imp. v.* زاریدن *q. v.*

زاریدن gemere, lamentari.

زار *imp.* 2) *n. s.* gemitus, lamentatio. 3) *adi.* gemens, lamentans *F.* 31, 3. *Ch.* IV, 296.

زاری *n. s. i. q.* زار 2) *Ch.* II, 514.

زال senex. 2) *n. pr.* Sal, *Rustemi pater, ideo sic dictus, quod mater eum canis prorsus capillis peperit Ch.* II, 469. IV, 27.

زالدستان *n. pr. c.* Sal Destan, *Rustemi pater, a Destan, patre suo, sic dictus.*

زالزر (*pro* زالزرد) *n. pr. c.* Saliser, *Rustemi pater, quo cognomine ob albos capillos et rubeum faciei colorem est insignitus. Burh. Ch.* IV, 39.

ژالَه (जल?) ros, pruina *Ch.* I, 268.

زان *i. q.* از آن.

زانو (जानु) genu.

زبان (जिह्वा) lingua, sermo. بر کشادن — os aperire, loqui *Ch.* II, 246.

زَبانَه flamma ignis. بر آوردن — flammam efferre, edere *F.* 32, 14.

زبرجد smaragdi species, *de qua vid. de Sacy Chrest. Ar. T.* I. *p.* 267. *ed. alt. cf. Ch.* II, 559.

زبون victus, superatus. 2) debilis, infirmus. 3) pravus, vilis. داشتن — *a*) opprimere. *b*) *n. s.* oppressio *Ch.* II, 42.

زخم vulnus, ictus *F.* 33, 12.

زدن (हन्?) 1) percutere, verberare. — گردن collum *vel* caput praecidere, supplicio capitis afficere *F.* 26, 2. — چنگ ungulas iniicere *Ch.* II, 198. — درفش vexillum infigere, proponere *F.* 26, 10. 2) pulsare, tundere *instrumenta Ch.* II, 421. IV, 36. 3) vergere,

inclinare. — سر *c.* از *r.* caput retrahere, se avertere *a re*, relinquere *rem* *F.* 26, 21. 4) *in gen.* agitationem *quandam et* motum *indicat*, *ut*: — پر plaudere alis *Ch.* II, 523. — داستان historiam, narrationem proferre, exponere *Ch.* II, 34. *c.* بر *p.* alloqui *alqm.* *Ch.* II, 175. — رای consilium animo concipere; *c.* با *p.* deliberare *cum alqo* *Ch.* III, 71.

c. بر efferre, extollere. — — سر caput attollere *Ch.* I, 171. — — سر بدار *vid. s. v.* دار.

c. برون *F.* 21, 24. - - سر caput avertere, retrahere *a re c.* از *r.*

زن *imp. v. praec.* 2) *In comp.*, *ut*: — تیغ gladium stringens *i. e.* strenuus, fortis *F.* 29, 12. — شمشیر *idem* *Ch.* IV, 62. *F.* 18, 20. — رود testudinem pulsans, citharista, fidicen *Ch.* IV, 36.

زر *et* زر (हिरण्य) aurum. زرنگار *vid. s. v.* نگار.

زرین *et* زرینه aureus *Ch.* II, 470.

زرد flavus. 2) pallidus *Ch.* I, 306. *F.* 26, 12.

زردشت *et* زردهشت Zoroaster *F.* 19, 6. 20, 24.

ژرف profundus, altus. 2) *adv.* *F.* 24, 1. 3) *n. s.* profunditas *F.* 31, 19. 4) *met.* alte penetrare in *alqd*, accurata inquisitio *rei*. *Burh.*

زریر *n. pr.* Serir, *regis Guschtaspi frater* *F.* 19, 17.

زرین *et* زرینه *vid. s. v.* زر.

زِستن *i. q.* زِيستن.

زِشت turpis, foedus, pravus *F.* 22, 1. 25, 19.

زَعْفَران crocus *Ch.* II, 561.

زُلف cirrus, cincinnus *Ch.* IV, 193.

a. زَمان tempus. — در statim *Ch.* I, 83. — هم در *et* — هم اندر ipso hoc tempore *Ch.* I, 105. 139. II, 374. III, 28. زمانى per aliquod tempus. زمانى — زمانى modo — modo *Ch.* II, 183. *et* 184.

زمانه (*Arab.* دهر) tempus *pec.* longum, saeculum. 2) fortuna *pec.* adversa, infortunium *Ch.* II, 230.

زَمَن *i. q.* زمان; *et* زَمِن *i. q.* زمين *Ch.* IV, 16.

زمى *forma apoc. vocis* زمين *Ch.* II, p. 41. *not.* 81.

زمين solum, terra. 2) regio.

زن (जन?) femina. 2) *Imp. verbi* زدن *q. v.*

زَند *et* زندُواَسْتا Sendavesta *F.* 21, 14. 30, 1.

زِنْدان carcer *F.* 31, 5.

زِنْده vivus *F.* 22, 7. 2) magnus, ingens, *epith. elephantis* *F.* 19, 17. 3) *i. q.* زندگى vita *Ch.* I, 282. زندهگى *seu* زندگى vita.

زَنْگ (घंटा) tintinnabulum magnum *Ch.* II, 424. 2) *n. pr.* nom. regionis Sanguebar.

زنگی *n. gent.* Aethiops *F.* 32, 22. 2) niger *Ch.* I, 198.

زنهار *i. q.* زینهار

زود celer, velox. 2) *adv.* cito *Ch.* II, 387.

زور robur, potentia *F.* 20, 27. 2) vis, violentia.

زورمند robustus, potens *Ch* II, 394.

زه (ज्या) chorda *seu* nervus arcus *Ch.* IV, 256.

زَهْرَه fel, bilis *et* vesica fellis. 2) *met.* animus, fortitudo. *Burh. F.* 33, 14.

زی *adv.* versus *F.* 20, 12. 2) *Imp. v.* زیستن *q. v.*

زِیان damnum, noxa *F.* 33, 16.

ژیان iracundus. 2) formidabilis, rapax. شیر— leo ferox *Ch.* II, 210. 290.

زیبیدن ornare, apte disponere. 2) decere, convenire. *Unde*:

زیبا ornatus, apte dispositus. 2) pulcer. 3) bonus.

زیبَنْدَه *part. i. q.* زیبا. 2) decens, aptus.

زیر *adv.* sub, infra. بزیر *i. q.* زیر *Ch.* II, 384. —در *et* بزیر اندر *idem Ch.* II, 375. IV, 58.

زیردست *comp.* qui est in alterius potestate; subiectus alterius imperio *Ch.* III, 62. 152. devictus *Ch.* I, 246.

زیرا propterea, ideo. که — propterea quod, nam.

زیستن *s.* زستن (जीव्) *Imp.* زی vivere *Ch.*II,460.

زین sella equestris, ephippium *Ch.* I, 24.

زینهار *s.* زنهار cautela, securitas *Ch.* II, 72. بزنهار داشتن in fidem, clientelam recipere *alqm c. acc. p. Ch.* II, 478. 2) *Partic. admonendi*: cave, *praecedente imperativo Ch.* IV, 253.

س

a. ساحر incantator, praestigiator. 2) gnarus, peritus *Ch.* IV, 217.

ساختن facere, conficere. 2) praeparare, disponere *Ch.* IV, 337.

ساز *imp.* 2) *In comp., ut*: — عیش bene, iucunde, hilare vivens *Ch.* IV, 77. 3) *n. s.* apparatus *quivis, uti bellicus Ch.* II, 483. 4) instrumentum *quodvis.* 5) arma. 6) impedimenta *Ch.* I, 226. 7) commodum, utilitas *F.* 19, 2. *coll. annot. mea ad h. l.*

سازگار *comp.* apte disponens *rem.* 2) adiutor *Ch.*IV, 233. — نا perturbans, confundens *res.* 2) dissentiens, discors. 3) vilis, obscurus *Ch.*III, 208.

سار *partic., nominibus postposita, magnitudinem, copiam, similitudinem aliamve relationem indicat, ex. gr.* کوهسار regio montana. گرگسار lupo similis. شاهسار regis instar *al.*

ساز, سازگار et ناسازگار vid. s. v. ساختن.

a. ساقی pocillator.

سال pl. سالها, سالان et سالیان annus F. 20, 1.

سالَه Cum numeralibus iunctum format adiectiva, quae temporis spatium indicant, ut: — سه triennis. — صد centenarius. — همه singulis annis, quotannis Ch. III, 124.

سالار rex, imperator, princeps F. 20, 25. 24, 22. 27, 17. 2) dux exercitus. 3) supremus praegustatorum magister Ch. I, 82. بار — princeps aulae regiae, primus minister Ch. II, 471.

ساله vid. s. v. سال.

سام n. pr. Sam, avus Rustemi F. 30, 14. Ch. II, 63.

سان lex, mos. 2) modus, ratio. — از آن seu — زان tali ratione, ita F. 20, 20. — بدین idem Ch. I, 202. III, 238. بسان instar, sicut F. 33, 28. ubi Mohl male همه با.

ساو tributum, vectigal F. 20, 27.

سایَه (छाया) umbra.

سائیدن terere, atterere F. 22, 3.

سپاریدن committere, tradere, mandare.

سپاس gratiarum actio Ch. II, 38. 178. 2) laus.

13

3) benignitas, favor. *Burh.* داشتن — gratiam habere, gratias agere *alci c.* از *p. Ch.* II, 359. کردن — *idem c. dat. p. F.* 23, 7.

ناسپاس *et* نسپاس *comp.* ingratus *Ch.* II, 136. 247.

سپاه *et* سپه. *Burh.* exercitus.

سپهبد *comp. e praec. et* بد (पति) dux exercitus *F.* 24, 21. *Ch.* IV, 16.

سپهدار *comp. i. q. praec. F.* 21, 19. *Ch.* IV, 22.

سپر scutum, clypeus *Ch.* IV, 56.

سپردن committere, tradere *c.* ب *p. Ch.* I, 250. IV, 63. *c. dat. p. F.* 26, 6. 2) calcare *viam F.* 25, 24. — کوه بپای montes peragrare *Ch.* III, 87.

سبز viridis, virens, recens.

سپس *i. q.* پس pone, post. — زین post hoc *F.* 25, 24.

a. سبق pignus, quod in cursus certamine deponitur. 2) lectio, praelectio. *Men.* دادن — lectionem dare; instruere, erudire *Ch.* IV, 202.

سبک levis. 2) celer, velox. 3) *adv.* cito, velociter *Ch.* I, 88. II, 454.

سپه, سپهبد *et* سپهدار *vid. s. v.* سپاه.

سپهر orbis coelestis, coelum *Ch.* II, 492.

سپید (श्वेत) albus.

سپیدہ albedo, splendor. 2) *i. q.* سپید albus, *de vestitu Ch.* I, 27. albatus.

ستادن *i. q.* استادن *Ch.* II, 307.

ستادن *et* ستدن *Imp.* ستان sumere, capere. 2) auferre.

ستارہ (तारा) stella. 2) horoscopus.

ستام ornatus *aureus et argenteus freni et ephippii;* phalerae *Ch.* I, 23. II, 553.

ستان *imp. v.* ستادن *q. v.*

ستایش *vid. s. v.* ستودن.

ستدن *i. q.* ستادن.

سترگ magni corporis, ingens *F.* 22, 9. 2) strenuus, fortis *Ch.* II, 450. 3) iracundus, contentiosus *Ch.* II, 412.

ستودن (स्तु) *Imp.* ستا laudare, celebrare.

ستودہ laudatus. 2) laudabilis *Ch.* III, 100.

ستایش *n. s.* laudatio. 2) gratiarum actio *Ch.* II, 252. — گرفتن *a)* laudare, celebrare. *b)* gratias agere *c.* بر *p. Ch.* II, 533.

ستور animal quadrupes, *pec.* equus, mulus *et* asinus. *Burh. Ch.* IV, 9. 96. *elephas F.* 26, 11.

ستون columna.

ستوه (*derivat. videtur a v.* ستودن) 1) *adi.* stupefactus, attonitus *F.* 21, 21. 2) anxius, tristis. 3) impotens *Ch.* I, 296. 4) *n. s. a)* stupor. *b)* veneratio, reverentia. آمدن — honore affici; coli *Ch.* III, 129. 5) *n. pr.* Suṭuh *F.* 31, 21.

ستيز pugna, contentio, lis *Ch.* IV, 98. 121.

a. سحاب nubes *Ch.* II, 497.

سخت asper, durus *F.* 27, 8. 2) vehemens, arduus, molestus *Ch.* II, 496. 3) *adv.* admodum, valde *Ch.* II, 141.

سختى duritia, vehementia. 2) res adversa *Ch.* II, 371.

سخن *s.* سخن *s.* سخن *s.* سخن *s.* سخن. *Burh.* verbum. 2) sermo. 3) *i. q.* سخنورى eloquentia *Ch.* III, 242. دانستن — eloquentem esse *Ch.* III, 253. كردن — verba facere, loqui *Ch.* IV, 204. گفتن — *idem F.* 25, 7.

سخن‌دان *comp.* dicendi peritus, eloquens *Ch.* IV, 184.

سخن‌گو *comp.* eloquens *Ch.* III, 111. orator *ibid.* 9.

سخنور eloquens, orator. سخنورى eloquentia.

سر (शिरस्) *pl.* سرها caput. 2) cacumen, vertex, fastigium. 3) extremum *rei*, finis. ماه — ultimo mense *Ch.* IV, 71. بسر بردن *a)* ad finem adducere, absolvere, finire *F.* 26, 5. *b)* transigere tempus *Sam.* p. 203. *l. penult. Ch.* IV, 70. 4)

cogitatio, animus. آوردن — cogitationes dirigere *ad alqm*, animum advertere *alici c.* بر *p. F.* 32, 15. *cf. annot. meam ad h. l.* 5) *pl.* سران dux, praefectus *Ch.* I, 195. *F.* 28, 16.

Sequuntur composita cum سر.

سراپا a capite ad calcem, totum *Ch.* IV, 108. 252. (سراپرده *n. s. c. ex* سرا *pro* سرای *et* پرده *vid. s. v.* سرای.)

سراسر a capite ad caput, *i. e.* ab uno extremo ad alterum; a principio ordine consequenti ad finem *Ch.* II, 568. *F.* 26, 15. 2) omnino, prorsus *Ch.* III, 180. IV, 60. *F.* 23, 20.

سراسیمه attonitus, stupefactus. 2) perturbatus. *Burh.*

سر افراز *s.* سرفراز caput extollens. 2) eminens, superbus *F.* 22, 16. 3) *opp.* زیردست vir illustris, princeps *Ch.* III, 152.

سرانجام operis extremum *aut* exitus rei *F.* 25, 3. finis *Ch.* IV, 174. گیتی — finis mundi *i. q.* universus mundus *Ch.* II, 493.

سرانگشت extemitas digiti.

سراهنگ primum agmen. 2) vigil nocturnus, satelles *F.* 26, 17. *ubi fortasse legend.* سرهنگ.

سربسر *i. q.* سراسر *Ch.* I, 256. II, 45. IV, 77. 258.

سرزنش (*a.* سرزدن) increpatio, obiurgatio *Ch.* II, 141.

سرسری stultus, demens *F.* 21, 12. 23.

سرفراز *i. q.* سرافراز *q. v.*

سرکش (*a* سر کشیدن) refractarius, contumax. 2) *i. q.* گردن‌کش eminens, superbus *Ch.* IV, 75. 280.

سرگشته vertiginosus. 2) attonitus, confusus *Ch.* IV, 296

سرمایه summa capitalis *Ch.* II, 336.

سرور caput, princeps, dux *Ch.* IV, 343.

سرهنگ tribunus, militum praefectus.

سرای (आश्रय?) domus. 2) palatium.

سراپرده *vel* پرده‌سرای velum magnum, quo tentorium cingitur. 2) *ipsum* tentorium *aut* palatium regis. *Burh. Ch.* I, 129. 149. IV, 9. 42.

سرائیدن canere, cantare, modulari. 2) *i. q.* حرف زدن loqui. *Burh.*

سراینده *part. praes.* canens, modulans, canendo recitans. 2) loquens, eloquens *Ch.* III, 13.

سرخ ruber. — زر aurum purum *Ch.* II, 560.

سرد (शरद?) *n. s.* frigus. 2) *adi.* frigidus *Ch.* II, 274. IV, 248.

سرشک *in gen.* gutta. 2) *pec.* gutta pluviae *et* lacrima. *Burh. Ch.* IV, 342.

سرما *opp.* گرما frigus *Ch.* II, 244.

سرو cyparissus.

a. سریر solium, thronus.

سزا, ناسزا, سزاوار *et* سزائیدن *vid. s. v.* سزیدن.

سزیدن dignum esse *re c. dat. r. Ch.* II, 398. 2) decere, convenire. 3) deberi کسی را سزد گنج illi debetur thesaurus *Ch.* III, 202.

سزا dignus. 2) decens, conveniens, congruus; — نا *comp. a)* indecorus. *b)* vilis, ignobilis *Ch.* III, 230.

سزاوار *i. q. praecedens F.* 22, 14. 26, 18.

سزائیدن *i. q.* سزیدن *F.* 28, 17.

سست laxus *F.* 22, 19. 2) debilis. آمدن — laxum, debilem fieri *Ch.* III, 86.

سستی laxitas, languor, debilitas. کردن — remisse agere *Ch.* I, 134. 301.

سفتن perforare *Ch.* III, 252. IV, 287.

سگال cogitatio. 2) verbum. — بد *adi. comp.* mala meditans, malignus *Ch.* II, 124. 393. *F.* 19, 21.

سکندر *i. q.* اسکندر.

a. سلاح arma.

سم ungula *F.* 27, 6.

a. سماک spicae stella, *quae est decima quarta mansio lunae Ch.* II, 305. *cf. Ideler Unters. etc.* p. 172.

سمند equus *pec.* rufus, spadix *Ch.* IV, 134.

سنان hasta *Ch.* IV, 222.

سند (सिन्धु) *n. pr.* Sind, *regio Indiae, de qua vid. Hist.* p. 160. *cf. annot. meam ad F.* 29, 4.

سنگ lapis, saxum. 2) pondus. 3) *met.* gravitas, auctoritas.

سنگخارا *n. s. c.* saxum durum *Ch.* II, 303.

سنگ دل *adi. comp.* qui est duro animo *Ch.* III, 96.

سو *et* سوی *n. s.* latus, tractus. — زهر *et* — هر undique *Ch.* IV, 1. — بهر in omnes partes *Ch.* I, 218. بسوی versus *Ch.* IV, 311. *F.* 20, 14. 2) *adv. et praep.* *a*) versus *F.* 20, 13. ad *Ch.* II, 272. *b*) instar, sicut. *Burh.*

سوار *opp.* پیاده eques. شدن — equum conscendere, equitare.

سوختن inflammare *Ch.* II, 519. comburere *F.* 23, 23. 28, 20.

سوز *imp.* 2) *n. s.* ustio, ardor, fervor *Ch.* IV, 192.

سود lucrum, quaestus, commodum *Ch.* I, 148.

a. سودا (*pro* سوداء *fem.* τῦ أسود) nigra. 2) melancholia. 3) amor vehemens, desiderium *Ch.* IV, 240

سودن terere viam *Ch.* II, 332.

سوده *part. praet.* tersus, fricatus *Ch.* IV, 96.

a. سور murus *F.* 22, 2.

سوز *vid. s. v.* سوختن.

سوگ (शोक) luctus, moeror *Ch.* II, 2.

سه (त्रि) tres, tria.

سهراب *n. pr.* Sohrab, *Rustemi filius Ch.* p. 87. l. 2.

سهم timor, metus *Ch.* II, 529.

سهی rectus, erectus (*proprie de cyparisso alta dicitur*) *F.* 19, 27.

سی triginta.

سیاه *s.* سیه (श्याम) niger *F.* 26, 5.

سیاه‌گوش *s.* — سیه *n. s. c.* auris nigra (*germ.* Schwarzohr) nomen animalculi, cati magnitudine, quod leonis societati adhaeret, et reliquiis praedae illius vescitur, *turc.* قره‌قولق *Ch.* IV, 87. *Gul.* p. 30. l. 18,

سیاجیدن parare, instruere. 2) armare *F.* 51, 17.

سیر satur. — کردن satiare, exsaturare *Ch.* II, 176.

سیر آمده saturatus, satur *Ch.* II, 356.

سیستان *n. pr.* Sistan, *nom. regionis in Perside F.* 30, 11. *et quae ibi annotavi cf. Hist.* p. 79.

سیصد trecenti.

سیم argentum. بر — pectus argenteum habens *Ch.* IV, 107. 214.

سیمین *et* سیمینه argenteus.

سیمرغ *n. s. c.* (*triginta avium magnitudinem ha-*

bens) gryphs, *avis fabulosa, quae Salum, Rustemi patrem, nutrisse et educasse dicitur. Ch.* II, 167. *seq. Cf. Rosenzweig Jos. u. Sul.* p. 200. *annot.* 14.

سیه *i. q.* سیاه.

ش

ش *pron. affix.* 3. *ps. sg., quod praeter dativ. et accusat. in Schahname et nominativum exprimit cf. F.* 22, 12. 24, 10. *al.*

شاخ (शाखा) ramus, surculus.

شاد laetus, hilaris. 2) *adv. Ch.* II, 460.

شادان *i. q.* شاد *Ch.* III, 169. IV, 27.

شادکام *adi. comp. i. q.* شاد *Ch.* II, 420. 468.

شادکامی *n. s. c. i. q.* شادی laetitia *Ch.* II, 484.

شادمان *et* شادمانه *adi. comp. ex praec. et* مان (मन् *aut* मान) *i. q.* شاد *F.* 30, 17. *Ch.* II, 480. IV, 35.

شادمانی *n s. i. q.* شادی laetitia.

شادی laetitia *Ch.* II, 427. 2) *adi.* laetus *Ch.* I, 154.

شاداب برزین *n. pr.* Schadab Bersin *Ch.* III, 3.

شاره (*sec. Burh. sanscr.* چیره *i. e.* चीर) fasciae capitis magnae et albae species, *quae ex India affertur. Ch.* III, 179. 2) vestis, Indis in usu.

شان *pron. affix.* 3. *ps. pl. F.* 23, 21.

a. شان status, conditio *rei.*

شاه *s.* شه rex, princeps.

شاهزاده *comp.* e stirpe regia oriundus, a. *Ch.*IV,333.

شاهفش *vid. s. v.* فش.

شاهنامه *n. s. c.* Schahname, *carmen epicum de regum Persiae rebus gestis, poetae Persarum antiquissimi opus.*

شاهنشاه *s.* شاهنشه *s.* شهنشاه *s.* شهنشه (*pro* شاهان شاه) rex regum *i. e.* summus imperator.

شاهنشهی *s.* شهنشهی *adi.* regius *F.* 28, 19. 34, 5.

شاهوار *adi. comp.* rege dignus, regius. 2) pulcerrimus, eximius *Ch.* I, 21. III, 178.

شاهی *s.* شهی regia dignitas, regnum. 2) *adi.* regius.

شاید *vid. s. v.* شایستن.

شایستن *Imp.* شا *s.* شای. 3. *ps. praes.* شاید dignum esse, decere, convenire. 2) necesse esse.

شایسته *part.* dignus *Ch.*II,58. 2) decens, conveniens.

شپ splendens, fulgurans *aurum Ch.*II, *not.* 193.

شب (क्षपा) nox. 2) *adv.* noctu. وروز — noctu et die *Ch.* IV, 164. تار — in nocte obscura *Ch.* II, 19. تیره — *idem Ch.* I, 118.

شبستان *n. s. c.* (*ex praec. et* ستان *sansc.* स्थान locus) locus ad discumbendum noctu, cubile, cubiculum. 2) gynaeceum *Ch.* II, 103.

شتاب *et* شتابان *vid. s. v.* شتافتن.

شتافتن festinare, properare.

شتاب *imp.* 2) *n. s.* festinatio. 3) *adv.* cito, festinanter *Ch.* II, 266.

شتابان *part.* festinans, properus *Ch.* IV, 131.

شتر *i. q.* أشتر camelus.

شتربار *n. s. c.* onus cameli *Ch.* IV, 59.

شتروار *n. s. c. pro* شتربار *ead. signif. Ch.* III, 49.

شدن *pro* شودن, *ut videtur*, (स) *Imp.* شو fieri. 2) esse *Ch.* I, 260. 3) ire. *c.* پيش *p. Ch.* I, 19. *c.* نزد *p. Ch.* III, 135. 4) abire, evanescere, mori *Ch.* II, 244.

c. اندر intrare *F.* 24, 4.

c. باز redire, revenire *F.* 28, 7.

c. بر 1) ascendere *Ch.* II, 315. *c.* ب *loc. Ch.* II, 395. *F.* 19, 23. *c.* بر *loc. Ch.* II, 323. -- بپرواز evolare *Ch.* II, 186. -- باپر ad nubes evolare *Ch.* II, 523. 2) superum esse.

c. بيرون exire. *F.* 24, 9.

شرد refractarius, pertinax *Ch.* II, 275.

شرم verecundia, pudor *Ch.* II, 276.

شست pollex, quo arcus intenditur. 2) annulus, *seu potius* hamus osseus, *pollicem in contendo arcum a nervi iniuriis tuens. Burh. Ch.* IV, 256. *unde* بشست آوردن s.j arcum intendere *ibid.*

شستن *Imp.* شو lavare *F.* 23, 11.

شش (षष्) sex. شست *et* شصت (षष्टि) sexaginta.

شکار venatio *Ch.* IV, 79. 2) praeda *Ch.* I, 297.

شکارگاه *n. s. c.* locus venationis.

شکافتن findere, frangere. 2) findi, frangi *F.* 33, 14.

شکردن venari. 2) praedari, capere.

شکرف bonus. 2) pulcer. 3) gratus, amabilis *Ch.* II, *p.* 37. *not.* 61.

شکستن frangere, violare *Ch.* II, 253. *et sensu passivo.* 2) caedere, profligare *exercitum Sam.* p. 152. l. 2.

c. بر *i. q. simplex F.* 30, 24.

شکست fractio, fractura. 2) clades, ruina, interitus *Ch.* IV, 236.

شکن *imp.* 2) *In comp., ut:* لشکر— exercitum profligans *F.* 18, 20.

شکفتن *vel* شکفتیدن *quod et cum* گ *pers. scribitur.* mirari. *Burh.*

شکفت admiratio, stupor *F.* 33, 26. 2) mirum, miraculum, prodigium *Ch.* III, 32. — ای o res mira *Ch.* II, 534. 3) *adi.* mirus, mirabilis. *Burh.*

شکفتی *videtur signif.* admiratione plenus *Ch.* II, 472.

شکن *vid. s. v.* شکستن.

شکوه gravitas. 2) veneratio *Ch.* III, 124.

شما (युष्मद्) *pron. sec. ps. plur.*

شمار numeratio. 2) numerus.

شمشاد *Burh.* buxus *Ch.* IV, 348.

شمشیر *n. s. c.* (*ex* شم unguis *et* شیر leo) gladius, ensis. زن — *adi. comp. vid.* زن *s. v.* بزدن

a. شمع candela *Ch.* III, 74.

شناختن (ज्ञा) intelligere, scire, nosse. 2) animadvertére.

شناس *imp.* 2) *In comp.*, *ut:* — ستاره siderum peritus *Ch.* II, 540.

شنودن *s.* اشنودن *et* شنیدن (श्रु, शृणोमि) *Imp.* شنو audire *Ch.* III, 238. *F.* 20, 13. 21, 8. 26, 24. 2) *de mente*, intelligere *Ch.* III, 122. 3) *de quovis sensu humano usurpatur*, *ut:* gustare *Gul.* p. 95.

a. شوم laevus, infaustus *F.* 29, 2. *Ch.* I, 286. 2) malus, pravus.

شه *cum derivat. et composit. vid. s. v.* شاه.

شهر (क्षेत्र) urbs.

شهریار magnus princeps, imperator *F.* 22, 18.

شهریاری *adi.* regius, imperialis 2) *n. s.* regia dignitas, imperium.

a. شُهْرَه celebritas, fama *Ch.* III, 16.

شید lux, splendor. 2) sol *Ch.* II, 74. 111. 3) *adi.* fulgens, splendidus. *Burh.*

شیر leo. دل — *comp.* (*löwenherzig*) animo leonino praeditus, ingens animi *Ch.* II, 129. مرد — *comp.* vir leoni similis *F.* 26, 28.

شیر (क्षीर) lac *Ch.* II, 190. خوار — *vel* خواره — *vid. s. v.* خوردن.

شیز ebenus *Ch.* II, 301.

ص

a. صَحْرا desertum. 2) planities, campus.

صد (शत) centum.

a. صدا echo, vox *Ch.* II, 205.

a. صف ordo, acies. آرا — aciem ornans, instruens *Ch.* IV, 222.

a. صَنْدَل (*pers.* چندل *vel* چندان *s.* چندن *e sanscr.* चन्दन) Sirium myrtifolium, *ligni odorati species* *Ch.* II, 301. *Cf. Fundgruben des Orients tom.* V. p. 372. *annot.* 31.

a. صیّاد venator *Ch.* IV, 198.

a. صید venatio *Ch.* IV, 159. 2) praeda *Ch.* IV, 257. کردن — venari *Ch.* IV, 160.

ض

ضحّاک *n. pr. c.* (*pro* دهآک decem vitia) (दश + अगस् *s.* अघ) Dhahhak, *Persarum rex, ex dynastia Pischdadiorun, qui ob decem tum animi, tum corporis defectus ita compellabatur Ch.* I, 304.

Corruptio Arabica ex [illegible]

ط

a. طالع constellatio, horoscopus.

a. طَبَق discus *pec.* escarius *Ch.* II, 559.

a. طَرَف tractus, latus. 2) pars, extremitas. *pl.* آطراف *F.* 28, 11.

a. طُرفه res nova, grata. 2) deliciae *Ch.* IV, 162.

a. طُفَيل comes *Ch.* IV, 242.

طَلایه procubitores, exploratores *agminis Ch.* I, 147.

a. طَلَب petitio. 2) perquisitio.

a. طَوق torques *Ch.* I, 62. III, 178.

ع

a. عابد adorans, colens *Deum.* 2) monachus *Ch.* p. 96. l. 1.

a. عاج ebur.

a. عاشق amans, amore flagrans.

a. عبیر (*pro* عنبر) ambra, *odoramenti species*.

a. عَجَب res mira, mirum *Ch.* IV, 172. 2) *adv. exclam.* mirum, mirandum est *ibid.* 104. ماندن— stupefactum, attonitum manere *ibid.* 293

a. عَجایب *pl. ab* عجیبة res mirabilis, mirum.

a. عَجَم barbarus *vel coll.* barbari, *scil.* omnes qui non sunt Arabes, *spec.* Persa *vel coll.* Persae.

a. عَرَق sudor. کردن — sudare.

a. عَشَق amor *pec.* flagrans.

a. عَصر tempus. 2) seculum, aevum *Ch.* III, 240.

a. عُقاب aquila *pec.* nigra *Ch.* IV, 57.

a. عَقد nodus, vinculum.

a. عَقل intellectus, mens.

a. عمود columna *Ch.* II, 301. 2) clava *ibid.* 470.

a. عَنبَر ambra, *odoramenti species F.* 20, 5. 28, 28, 21. *ubi Mohl vitiose* عمبر.

a. عود agallochum, lignum aloës. *F.* 28, 20.

a. عَهد foedus. 2) mandatum. 3) diploma *Ch.* II, 567.

a. عَیش vita. 2) victus. 3) voluptas *in amore, cibo et potu.* ساز — iucunde, hilare vivens. *Ch.* IV, 77.

غ

a. غار caverna *Ch.* IV, 145.

a. غارت depraedatio, direptio *Ch.* IV, 194.

a. غافل negligens, socors.

غايبانه *adv.* (*format. ab Arab.* غايب absens, latens) in absentia, absens *Ch.* p. 101. l. 9.

غرچه *n. pr.* Ghartsche, *pars provinciae Chorasan, aliter* غرجستان *dicta Ch.* IV, 65.

غرو arundo *Ch.* II, 224.

غريدن *et* غرّيدن vociferari, rugire *F.* 33, 10.

a. غلام puer, adolescens. 2) famulus, servus.

a. غم moeror, sollicitudo, angor. 2) afflictio. — خوردن molestiam perpeti, experiri; affligi. 3) anxium esse *Ch.* IV, 253.

غمى anxius, afflictus, tristis *F.* 33, 1.

غنودن dormitare, requiescere *F.* 20, 16.

غور *n. pr.* Ghur, *regio montana Heratam inter et Gaznam Ch.* IV, 65.

a. غيرت studium, aemulatio. 2) invidia *Ch.* IV, 132

ف

a. فال omen *pec.* bonum *Ch.* I, 154.

a. فتنه calamitas, aerumna.

a. فخر gloriatio. 2) gloria.

a. فدا redemtio. 2) devotio. فدای تو بادا تن وجان ما tuo servitio devovemus corpora et animas nostras *Ch.* I, 167. کردن — devovere *Ch.* IV, 264.

فر *et* فرّ splendor, magnificentia, maiestas. 2) ornamentum. 3) potentia. *Burh.*

a. فرات *n. pr.* Euphrates, *fluvius.*

فراختن *i. q.* افراختن extollere, elevare.

فراز *imp. v. praec.* 2) *In comp. pro* افراز extollens. 3) *adv.* (पराक्) supra *Ch.* II, 453. 4) ex adverso, obviam. آمدن — obviam venire *Ch.* II, 233. 5) prope. آمدن — prope, cominus accedere *Ch.* II, 583. IV, 78. *praeced. praep.* ب *cf. Ch.* I, 29. 6) retro, post. 7) rursus. 8) *Partic. verbis praeposita, plerumque redundans.* — از rursus. گشتن — rursus circumagi *de orbi coelesti Ch.* II, 492.

فرامرز *n. pr.* Feramers, *Rustemi filius Ch.* IV, 41.

فرامش *pro* فراموش oblivio. کردن — oblivisci *Ch.* II, 379. IV, 302.

فراوان multus, copiosus, abundans *Ch.*I, 235. II, 350. 2) *adv.* multum. کم — multo minor *Ch.*I, 158.

فرّخ (*ex* فر *et* رخ) felix, fortunatus *F.* 29, 2.

فرّخی *n. s.* felicitas, fortuna *Ch.* I, 154.

فرّخنده *i. q.* فرّخ *a quo derivat. videtur F.* 22, 26.

فرخنده‌گی *s.* فرخندگی *n. s. i. q.* فرّخی *F.* 23, 2.

فردا (परेद्युस्?) *adv.* cras *F.* 27, 18.

فرزانه (प्राज्ञ *et* प्रज्ञा) doctus, sapiens *Ch.* IV, 64.

فرزند (प्र + ज्ञात) filius *F.* 21, 17.

فرستادن (प्र + स्था) *Imp.* فرست mittere.

فرستاده *part. praet.* missus. 2) legatus.

فرسته *i. q. proxime praecedens F.* 29, 3.

فرسنگ parasanga *i. e.* trium milliarium via, *seu* duodecim millia cubitorum *aut* passuum. *Burh.*

فرشیدورد *n. pr.* Ferschidverd. *F.* 30, 9.

فرمان *cum compositis vid. s. v.* فرمودن.

فرمودن (प्र + मा) *Imp.* فرما imperare, iubere *c.* تا ut *Ch.* II, 163. 433. 461. *c.* ب *p. Ch.* IV, 51. *c.* با *p. Ch.* II, 539.

فرمان (प्रमाण) mandatum. کردن — *i. q.* فرمودن.

فرمان‌بر *adi. comp.* imperio parens, obediens *Ch.* II, 562. 2) subiectus.

فرمانبری *n. s. c.* obsequium, obedientia *F.* 25, 10.

فرمانده *comp.* mandatum dans. 2) imperator.

فرو *et* فرود *adv.* deorsum, infra, sub. 2) *Particula cum verbis coniungi solita, et quidem* فرو, *si verbum a consonante, et* فرود, *si a vocali incipit. Verba cum hac partic. composita sub simplicibus invenies.*

فروختن *i. q.* أفروختن.

فرود *vid.* فرو.

فروز *i. q.* افروز *q. v. s. v.* افروختن.

فرومایه *adi. comp.* vilis, abiectus.

فرومایه‌وار *adi. comp. i. q. praeced. F.* 26, 22.

فره pulcritudo, ornamentum *Ch.*II, 60. *F.* 19, 21.

فرهی *n. s.* magnificentia, potentia. *Unde* بافرهی *adi. comp.* magnificus, potens *Ch.* II, 228.

فرهنگ (प्रसंग?) morum elegantia, humanitas. 2) intellectus, 3) ars, scientia. 4) prudentia, sapientia. 5) praestantia, magnitudo. *Burh.*

فریاد clamor *pec.* flebilis *ad auxilium implorandum.* 2) lamentatio *oppressi.*

فریب *vid. s. v.* فریفتن.

فریدون *n. pr.* Feridun, *Persarum rex.*

فریفتن fallere, decipere, seducere *F.*23, 11.
فریب *imp.* 2) *n. s.* fallacia, deceptio *F.* 22, 21.
فزا, فزودن, فزون *et* فزونی *vid. s. v.* افزودن.

فش instar; *particula similitudinis, quae nominibus a fine annectitur, ut*: شاه فش regi similis *Ch.*I,95.
فکندن *i. q.* افکندن *Ch.* II, 173.
فیروز victoria. 2) felicitas. 3) *adi.* victoriosus, felix.
شاد — *comp.* victoriae laetitia elatus *Ch.* IV, 23.

ق

قارن *n. pr.* Karen, *athleta celeber Ch.* II, 467.
قبا vestis *Ch.* II, 415. آهنینه قبای (vestis ferrea) lorica *F.* 26, 3.

a. قد statura *Ch.* IV, 200.

a. قران coniunctio planetarum beneficorum *in horoscopo* (*nempe Jovis et Veneris*). 2) felicitas *Ch.* IV, 265. 281.

a. قصه res gesta, factum. 2) narratio, historia. مع القصه *formula transeundi*: ut paucis dicam, denique *Ch.* IV, 219.

قنوج (कन्याकुब्ज) *n. pr.* Kannudsch, *urbs Indiae, ubi regia sedes Ch.* III, 72. 181.

a. قوی validus, robustus *F.* 19, 4.

قیر pix. — قیر جادر velum piceum *i. e.* atrum sicut pix. قیرگون *comp.* picei coloris, piceus *de oculis Ch.* II, 401.

قیصر (*format. ex. lat.* Caesar) imperator, rex.

ک *et* گ

ک *pro* که *in comp., ut:* زانک *pro* زان که *Gul.* p. 26. l. 4. ایدونک *pro* ایدون که *F.* 23, 19.

کابل *n. pr.* Kabul, *regio Asiae, quae et* کابلستان *appellatur Ch.* II, 569.

کاخ palatium splendidum, loco amoeno exstructum, et prospectum pulcerrimum praebens. (Belvedere). 2) aedificium magnum et altum; palatium *regis F.* 31, 24. 3) *de nido avis Simurgh Ch.* II, 305.

کار (*cf.* कार *et* कारण *a rad.* कृ *pers.* کردن) actio, factum, opus. بستن — laborare, agere *F.* 29, 22. ساختن — *idem.* 2) negotium, res کار نیست مرا با تو nihil rei mihi tecum est. 3) *i. q.* پیشه ars, artificium, vitae ratio *Ch.* II, 360. 4) proelium, pugna *F.* 26, 26.

کاردان *comp.* rerum peritus, gnarus. 2) *i. q.* کاردار vesirus *F.* 28, 24.

کاردیده *comp., vir* usu peritus, usu et exercitatione praeditus *Ch.* III, 100.

کارزار *n. s. c.* campus belli *F.* 34, 1. 2) *i. q.* کار 4) *scil.* pugna, proelium. *F.* 29, 11.

کارزاری *adi.* bellicosus *F.* 18, 19.

بکار *adi.* (*comp. ex praep.* ب *et* کار) ad rem pertinens. 2) utilis. —آمدن utile esse, prodesse *Gul.* p. 18. l. 1. 3) placere *Ch.* II, 363. — نا nequam, nebulo *F.* 25, 27.

کاروان caravana, agmen negotiantium una commeantium *Ch.* II, 222.

کاستن deminuere. 2) deminui.

کاست 3. *ps. praet.* 2) *n. s.* deminutio. 3) *i. q.* دروغ mendacium. *Burh.*

کاسته *part. praet.* deminutus. — نا *comp.* non deminutus *i. e.* integer *F.* 23, 3.

کاشتن vertere, convertere. 2) verti. *c.* بر *i. q. simpl.*; *c.* از averti *Ch.* I, 213.

کاشکی *i. q.* کاشک utinam *Ch.* II, 193.

a. کافر a fide Mohammedica alienus, infidelis.

کافور (कर्पूर) camphora, *aromatis indici species* *Ch.* II, 561. *cf. Pend.* p. LVII. *annot.* g.

کام (काम) palatum. 2) voluntas, desiderium, votum. داذن — voti compotem facere *alqm c. dat. p. Ch.* IV, 254.

كامران *adi. comp.* (persequens, quod appetit) voti compos, felix. *Unde* كامرانى felicitas *F.* 20, 8.

كامگار *comp.* cui omnia ad voluntatem fluunt, prospere procedunt, beatissimus *Ch.* IV, 186.

كامياب *adi. comp.* voti compos, felix *Ch.* IV, 343.

گام (*rad.* क्रम्) passus, gressus. گذاردن — ingredi, incedere *Ch.* II, 458. نهادن — *idem Ch.* II, 94.

كان *pro* كه آن.

گاو (गो *in comp.* गव) bos, taurus.

گاوپيكر *comp.* (bovis imaginem habens) *epith.* clavae Feriduni, *Persarum regis, quam post eius mortem Rustemus obtinuit F.* 33, 10. *Vid. Fragmente etc.* p. 113. *annot.* 19.

گاوسار *i. q. praecedens F.* 20, 7. 29, 7.

كاوه *n. pr.* Kaveh, *faber ferrarius, qui Dahhako devicto Feridunum regem constituit.*

كاويانى درفش nomen vexilli Feriduni, a Kaveh (كاوه) fabro ferrario sic dicti. *Quod vexillum erat subligaculum coriaceum, quo indutus Kaveh populum commovit, ut Dahhakum crudelem regno expelleret, et ad Feridunum regiam potestatem transferret Ch.* II, 22.

گاه *s.* گه tempus *Ch.* III, 239. 2) locus. 3) solium regium *Ch.* I, 32. II, 23. 4) *adv.* inter-

dum, nonnunquam *Ch.* IV, 218. *cum negat.* nunquam *F.* 22, 19. آنگاه *vel* آنگه *a)* tunc, tum. *b)* eodem tempore. *c)* postea. آنگهی tunc, tum *F.* 24, 27. پس آنگه post haec, dein *Ch.* II, 397. 473. پس آنگه که postquam *Ch.* IV, 266.

ناگاه *vel* ناگه *adv. comp.* ex improviso, subito *Ch.* IV, 277. زناگه *idem, ibid.* 101.

کای *pro* که ای.

گبر cultor ignis, magus. — مرد *idem Ch.* II, 524.

کبود caeruleus, *de colore coeli F.* 32, 14.

a. کتاب liber.

کتایون *n. pr.* Ketajun *F.* 18, 18.

کجا *adv. comp.* (*ex* که *et* جا) ubi, quo. 2) quomodo, qua ratione *Ch.* I, 74. II, 486. 3) *i. q. pron. relat.* که *F.* 19, 17. *Ch.* II, 176. III, 12. *et i. q.* چه. *Burh.*

گداختن liquefacere *et* liquefieri.

گداز *imp. v. praec.* 2) *n. s.* liquatio. 3) *met.* angustia animi, moeror *Ch.* I, 264.

گداشتن *i. q.* گذاشتن *F.* 28, 16.

کدام *Pron. interrog.* quis, qualis? *F.* 20, 11. 31, 19.

گذار *imp. v.* گذاردن, گذاریدن *et* گذاشتن *v. s. v.* گذاشتن

گذاردن transire facere. 2) praestare, solvere. — از کوه پای montem relinquere *Ch.* II, 416.

گذاریدن transire *F.* 31, 8.

گذاشتن transire *flumen Ch.* I, 214. 2) *i. q.* گذرانیدن transire facere *c.* از *l. F.* 26, 6. *c.* از *r. i. q.* liberare. ازین ننگ بگذارم ایران زمین hac infamia liberem *seu* levem Iraniae terram *Ch.* II, 159. *c.* سوی *r.* perducere, *ut:* سوی پادشاهی گذارم ترا ad regiam dignitatem te perduco *Ch.* II, 366. — راه viam, iter conficere *Ch.* II, 426. 3) missum facere, dimittere *c. acc. p. F.* 28, 16. — بر دور longe asportare, amovere *alqm c. acc. p. Ch.* II, 164 *c.* بر *i. q. simpl.* -- گرد circulum conficere *F.* 27, 7.

گذار *imp. v. praec.* 2) *In comp., ut:* — نیزه hastam (transire faciens) *i. e.* torquens, iaciens. 2) hastae mittendae peritus, hastatus *vid. s. v.* نیزه.

گذر *vid. s. v.* گذشتن.

گذشتن praeterire, transire. *c.* بر *p. Gul.* p. 38. l. 6. *montem c.* بر *Ch.* II, 222. traiicere *flumen c.* از *Ch.* I, 223. 2) relinquere, negligere, omittere. — از راه decedere de via *Ch.* I, 76. — از فرمان non observare praeceptum, legem *Ch.* II, 536. از مهر ومه — solem et lunam relinquere *Ch.* IV, 20. *c.* اندر *i. q. simpl. F.* 29, 18. -- زاندازه mensuram, modum excedere *Ch.* I, 90.

c. بر *i. q. simpl.* -- از بوم decedere ex regione *Ch.* I, 54. -- باطراف fines transgredi *F.* 28, 11.

c. ز *i. q. simpl.* 2) fugere, evitare *alqd c.* از *r.* *Ch.*IV, 302. 3) superare *alqd c.* از *r.* *Ch.*IV, 282.

گُذَر *imp. v. praec.* 2) *n. s.* transitus. کردن — praeterire, transire *c.* بر *r.* *Ch.* IV, 127.

گَر *i. q.* اگر *F.* 21, 6.

کرا *pro* کهرا.

گُرازیدن cum fastu incedere *Ch.* II, 93. 471.

گُرازان *part. praes. v.* گرازیدن.

a. کَرامات *pl. a.* کَرامَت virtutes et dona extraordinaria, quibus Deus honorat cultores suos fideles. *Pend.* p. 80. *Ch.* IV, 178.

گُران (गुरु?) gravis, ponderosus; *epith. exercitus ingentis et gravis armaturae Ch.* II, 270. 2) *n. s.* afflictio, molestia *Ch.* IV, 266.

گرانمایه *adi. comp.* pretiosus *Ch.* III, 195. 2) magnae auctoritatis, excellens, praeclarus *F.* 18, 18. 21, 17. *Ch.* III, 241.

کَران *et* کرانَه latus, ora, margo. 2) limes, terminus, finis *Ch.* I, 179. — تا — ab uno termino ad alium *Ch.* IV, 308. — تا — از *idem F.* 30, 16.

بی کران *comp.* infinitus, immensus *F.* 23, 16.

گرايستن *et* گرائيدن vertere, torquere *clavam* *Ch.* II, 29. 2) se convertere *Ch.* II, 261. *F.* 20, 12. 3) inclinare *animo*, intendere.

c. بر *i. q. simpl.* 2) explorare *Ch.* I, 20. 121.

a. كرد (*format. a Pers.* گردن) collum, cervix. *Unde* كردكش *i. q.* گردنكش *F.* 29, 17.

گرد terra, pulvis. 2) pulveris nubes *Ch.* II, 422. 3) *imp. v.* گرديدن.

گرد rotundus. 2) *n. s.* circulus, orbis *F.* 27, 7. ambitus, circuitus *F.* 20, 2. *Ch.* III, 128. 3) *i. q.* جمع collectio, congregatio. آمدن — convenire, se congregare *c.* ب *l. Gul.* p. 29. l. 13. *c.* بر *p.* se coniungere *cum aliquo ibidem* p. 23. l. 19. آوردن — *et* كردن — colligere *Ch.* I, 256. III, 25. شدن — congregari *Ch.* IV, 83. 4) *adv.* circum, circa. بگرد *idem F.* 29, 17.

گرد bellicosus, fortis, strenuus *Ch.* I, 150.

كردار (*a verb.* كردن) opus. 2) continua occupatio, ars, artificium. 3) modus, ratio. بكردار ad instar, sicut *Ch.* I, 172. 188. II, 307. III, 136.

گردان, گردانيدن, گردش *et* گردون *vid. s. v.* گرديدن.

كردگار omnipotens, *epith. Dei* *Ch.* IV, 170.

گَردن collum, cervix. آوردن — se submittere *alci* *c.* بر *p. F.* 25, 27.

گَردنکَش *comp.* collum extendens, extollens; superbus *Ch.* II, 153. *pl.* optimates, proceres *Ch.* IV, 6.

کَردن (कृ) *Imp.* کُن facere, agere. چو این کرده شد quo facto *Ch.* II, 575.

c. باز removere *F.* 23, 12. 2) aperire *portam Gul.* p. 29. l. 10. *epistolam F.* 24, 17. — — سر زتن caput a corpore dividere *F.* 32, 16.

c. بیرون eiicere, expellere *c.* از *F.* 18, 13. educere *exercitum F.* 30, 9.

c. پیش advocare, arcessere *F.* 22, 8.

گَردیدن *Imp.* گَرد fieri, evadere. 2) se vertěre, converti, versari. بگَردش مگَرد ne verseris in vicinia illius *Ch.* III, 128. huc illuc moveri, cursare *Ch.* IV, 228. — گَرد جهان per terram et agros vagari *Ch.* IV, 339. *Cum* از *r.* se avertere *F.* 22, 1. — از راه de via declinare, deflectere *Ch.* II, 40. 3) in orbem circumagi *de coelo. ib.* 508.

c. باز redire, revenire *Ch.* II, 339.

c. بر *i. q. simpl.* verti. *Cum* از *r.* se avertere *ab alqa re*, relinquere *alqd Ch.* I, 56.

گَردان *part.* se convertens *de orbi coelesti Ch.* IV, 40. — پای pes vagans, oberrans *F.* 29, 16.

گَردانیدن *transit. v.* گَردیدن vertere, convertere; avertere *Ch.* I, 294. 2) in orbem circumagere.

گردش *n. s.* conversio *sphaerae coelestis Ch.* IV, 181. 2) vicissitudo, varietas *temporum F.* 33, 2.

گردون quidquid continuo se movet *aut* movetur. 2) orbis coelestis *Ch.* IV, 40. 274.

گرز *et* گرزه clava *Ch.* I, 112. 196. II, 564.

گرزدار *comp.* clavam tenens, portans *F.* 33, 6.

گرزه *i. q.* گرز *F.* 20, 7. 29, 7.

گرستن *i. q.* گریستن.

گرسنه *et* گرسنه famelicus *Ch.* II, 185.

گرشاسب *n. pr.* Gerschasb, *unus ex maioribus Rustemi.* 2) *nom. filii regis Tahmasbi. Burh.*

گرفتن (ग्रह्, ग्रभ् *cf. Indische Bibliothek T.* III. *fasc.* I. p. 37.) *Imp.* گیر prehendere, capere. 2) incipere *Gul.* p. 33. l. 4.

c. اندر *ut:* — — راه viam ingredi *F.* 31, 2.

c. بر 1) *i. q. simpl. F.* 33, 26. -- از لشکر شمار inire numerum copiarum *Ch.* I, 157. 2) auferre *Ch.* II, 198

گرفتاری captivitas *Ch.* IV, 128.

گرگ (वृक) lupus. — سار lupo similis *F.* 26, 4. *v.* سار

گرم (घर्म) calidus. *Burh.*

گرم dolor, moeror *Ch.* I, 264.

گِروگان pignus *F.* 32, 20.

گُروه caterva hominum; homines. *Burh.*

گُروه latibulum *seu* lustrum ferarum earumque cubile *Ch.* II, 200.

کَرّه‌نای *vulg.* کرّنای tuba in Perside nota, *quae sonum asini clamantis habere dicitur Ch.* II, 423.

گریان *vid. s. v.* گریستن.

گِریختن *et* گِریزیدن fugere.

گِریز *imp. v. praec.* 2) *n. s.* fuga *Ch.* IV, 122.

گریزان *s.* گریزَن *part. praes.* fugiens *Ch.* IV, 7. 163.

گِریستن *s.* گِرِستن (गिर?) *Imp.* گری flere *Ch.* I, 280.

گِریان *part. praes.* lacrimans, flens.

گریَه *n. s.* fletus, planctus. *Burh.*

کَز *pro* که از.

گَز ulna, cubitus.

کَژ (कुब्ज) curvus, intortus. *Unde:*

کژی curvatura, flexus *Ch.* II, 145. *F.* 26, 21.

گُزارش *n, s.* (*derivat. a v.* گزاریدن) explicatio, declaratio *F.* 29, 25.

گُزاریدن *i. q.* گذاردن. 2) *sec. Ferh.* تمییز وتشخیص

ایلمک *i. e.* discernere, dignoscere. diiudicare.

گزارنده *part.* prudens, sapiens *Ch.* III, 10. 249.

گزند damnum, noxa. — راه via periculòsa *Ch.*II,500.

گزیت vectigal, tributum *F.* 18, 22.

گزیدن eligere, seligere. 2) praeferre *c.* بر *r.* *c.* بر *i. q. simpl. Ch.*I, 25. II, 217. *F.* 19, 14.

گزیده *part. praet.* electus. 2) insignis, praestans.

گزین *imp. v. praec.* 2) *In comp.* 3) *i. q.* گزیده electus, praestans *F.* 18, 2. 22, 8. *Ch.* II, 68. — کردن eligere *Ch.* I, 55.

کس (कस्) homo, quidam. هر آنکس که quicunque. کسی که *idem Ch.* III, 76.

گستراندن *i. q.* گستردن 2) *i. q.* گسترانیدن *transit. v.* گستردن iubere sterni, expandi.

گستردن *et* گستریدن sternere, expandere. — آفرین bona atque fausta apprecari, salutare *Ch.*I,110.

گستردنی *n. s.* stratum *quodvis*, stragulum *Ch.*II, 556. III, 70. IV, 61.

گسترده *part.* — کام *adi. comp.* cui cuncta procedunt; cuius optatis fortuna respondet; fortunatissimus *Ch.* I, 42. III, 139.

a. کسری Cosroes, *nom. commune regum Persiae.*

گسیختن frangere. 2) frangi, abrumpi *Ch.* II, 180.

گسل *imp. v. praec.* 2) *In comp.*, *ut:* — دل animum frangens, lacerans *Ch.* II, 380.

گسی valedictio. — کردن valedicere *F.* 30, 10.

کش latus corporis circa axillam *aut* femur. 2) *i. q.* بغل axilla. *Burh. Ch.* I, 96. *F.* 29, 9. 3) *imp. v.* کشیدن.

